



Per.  
Lat  
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin iljúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse  
Laptulajdonos: Katolikus Középiskolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catho-  
licorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — ad-  
ministration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER  
REGÉNYI, Budapest, VII., Barsay-u. 6. (tel.: 223—808).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction),  
ad quem manuscriptamittantur: JOSEPHUS WAGNER DR.,  
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268—634).

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1940—41: 3 pengoe, extra  
Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gen-  
tium, unde pecuniarium transmissio impeditur, utantur schidulus «Coupon réponse internationale» appellatis, quarum  
si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Cur sit lingua latina hisce quoque temporibus discenda.

Iuventuti 25 annos suos celebranti scripsit *Julius Kornis* professor Universitatis Budapestinensis, consiliarius inti-  
mus reg. Hung.

1. Lingua latinam prae-  
primis *ad res historicas altius*  
*profundiusque cognoscendas*  
discimus. Ingenium enim  
humanum naturam, exem-  
plaria, postulata typicasque  
suas fungendi rationes in  
historia manifestat. Quā qui-  
dem historiā nationes totum-  
que genus humanum animum  
quasi recipiunt rationemque  
sibi reddunt, quomodo reli-  
gio, mores, litterae, scientiae,  
artes, vita socialis atque eco-  
nomica, necnon et iura for-  
mata sint. Quomodo homines  
singuli sese cognoscunt? Ita,  
ut singulis evolutionis  
suae spiritualis temporibus  
respectis praeterita praesen-  
tiaque integrā unitate con-  
iungant itaque sensum pondus-  
que vitae intellegant. Eo-  
dem modo nationes totum-  
que genus humanum singu-  
lis praeteritorum temporibus  
per *telescopum historiae* per-  
spectis sese cognoscunt.

Cultus atque humanitas  
nostra Europaea omnibus rationibus et cultu atque hu-  
manitate graeco-romana ex-  
ulta est. Qui linguam lati-



nam ignorat, semper imper-  
fectae eruditio historicae  
manebit. *Cognitio vitae mod-  
ernae cognitione mundi anti-  
qui fundatur*. Quae quidem  
sine lingua Latina scientia  
acquiri nullo modo potest.  
Europa ab Ecclesia Christi-  
ana educabatur; lingua au-  
tem Ecclesiae lingua illa  
Romana est, quae univer-  
salis redita est. Lingua sci-  
entiarum, litterarum vita-  
que publicae per mille quin-  
gentos annos nulla alia nisi  
Latina erat. Inde a sae-  
culo XVII. litterae nationum  
evolvi incipiunt itaque iam  
a dimidio saeculi XVIII. in  
Occidente magis magisque a  
viris doctis tantum lingua Lat-  
ina adhibetur, quae apud  
nos Hungaros usque ad an-  
num 1844. lingua scholarum,  
consilii publici administra-  
tionisque est. Historia regni  
Hungariae usque ad eundem  
annum sine notitia linguae Lat-  
iniae investigari revera ne-  
quit. Quamobrem lingua Lat-  
ina in scholis hungaricis  
«disciplina nationalis» esse  
iustissime est dicta.

At non sufficiant ad res historicas cognoscendas solae textuum latinorum versiones? — Versionibus opera litterarum vivo ac directo modo penetrare minime possumus. Linguam novisse idem fere est atque in terris externis peregrinari, versionibus autem uti idem est ac descriptionem itineris aliorum legere. Multa vocabula tropique orationis sensum, saporem aromaque habent, quae translationibus reddi nullo modo possunt.

2. Lingua latina comparata cum linguis modernis peculiarem singularemque *vim mentis formandae* habet. Disciplina logica per studium linguae latinae naturaliter comparata facultatem adfert recte accurateque cogitandi, claras notiones formandi, stricte argumentandi acuteque percipiendi atque explicandi constructiones mentis implicatas.

3. Altior quaedam *institutio aesthetico-litteraria* vix potest fingi sine lingua latina discenda. Omnia artis poëticae genera Europæ a Graecis per Romanos sunt hereditate relicta. Scriptores poëtaeque Romani nos paene fascinant demonstrantes, quemadmodum affectus cogitationesque adaequatas sibi creent formas, quae nunquam sunt ornamentis superfluis oneratae. Latine dicendi brevitate vocabula non separata, sed viventi sermonis organismo coniuncta vim significationemque habere clarissime appetat.

Lingua latina igitur schola aeterna culturæ historicae, iudicij logici sensusque aesthetico-litterarii est. Ideo discunt linguam latinam in plerisque mediis scholis Europæ milia abhinc annorum usque ad hunc diem adolescentia hominum genera, quae profundiorem cultum atque *humanitatem* sibi acquirere volunt. Vocabulum *humanitas* idem significat ac graecum illud *παιδεία* vocabulumque neolatinum *cultura*: explicandas esse proprias ingenii humani facultates ad exemplaria Boni, Veri Pulchritudine perficienda. Haec ipsa nota distinguit hominem ab animali, cui spiritus deest ideoque nullum cultum a generibus praecedentibus creatum traditumque habet.

4 Ephemeris *Iuventus* ab altioris culturæ historicae fautoribus ideo est fundata, ut non tantum scholasticae institutioni latinae esset adiumento, sed etiam ut linguam latinam discipulis gratam faceret eosque ad sese magis excolendos erudiendosque invitaret. Id quoque sibi proposuit, ut non aliter atque olim, — cum lingua latina erat instrumentum internationale usus consuetudinis que ingeniorum, — nunc temporis quoque id efficeret, ut patriam nostram gentibus exteris easque nobis cognoscendas curaret, commercium nationum familiare iam in animis iuventutis linguā romanā adiuvante coleretur, simulque motum neolatinum assetando negotium *humanitatis latinae* extra scholas quoque promoveretur. Quatenus id eventu sit comprobatum, unumquodque exemplar *Iuventus* Commentarii que de viginti quinque eius annis testantur.

## Librorum recensio.

**A Katolikus KÖZÉPISKOLAI FŐIGAZGATÓSÁG ÉVKÖNYVE** az 1939—40. iskolaévről. 1941. (Annales Directionis Superioris Scholarum Mediarum Catholicarum.) Pag. 194. — Priore parte huius libri scholae mediae, quae sub ditione et imperio Directionis Superioris Catholicae sunt, cum magistris enumerantur, parte altera continentur disputationes, quae de arte et ratione linguae Latinae docendae a. 1940 habitae sunt. Universitatibus disputationum praefatus

est *Patricius Stuhlmann* edisserens causas, cur lingua Latina docenda sit. *Fridericus Brisits dr.* de ratione, quae inter indolem et habitum Graecæ Latinaeque antiquitatis et Christianitatem intercedat, quibusque rebus inter se differant, subtiliter et exquisite disseruit monitosque nos vult, ne discipulos docentes christianaæ religionis doctrinas sublimissimas speciesque altissimas prodamus; at vero ex antiquitate Graeca et Latina ea, quae cum christianitate concinant, aetatiæ nostræ vigores vitales reservaverint, arripiamus ac retineamus. Ad animos autem discipulorum Christianis ideis imbuendos chrestomathiam Christianorum Scriptorum compingendam censem.

*Ioannes Kisparti dr.* in institutione linguae Latinae grammaticam summo studio amplectendam asseverat ad eamque cum fructu docendam magistris salutaria dat consilia. *Aloysius Jirka dr.* disputatione accurata querit in scriptoribus Latinis in Hungaricum vertendis quae ratio sequenda, quaeque adiumenta adhibenda sint idemque non desinit magistros vehementer monere, ne in grammaticis praeceptis exquirendis nimii opus utile et egregium vertendi pervertant et infamenti. Atque cum non ignoretur, quam inopes sint discipuli vocabulorum Latinorum, efficaciores, quam quae adhuc usurpentur, rationes ad vocabula memoriae stabiliter infigenda ostendit et commendat. *Thomas Rados dr.* in disputatione, quae «questio de puro emendatoque dicendi scribendique genere Latino in gymnasii docendo» inscribitur, libris optimis de hac re compositis fere omnibus adhibitis et in usum vocatis non solum praecepta Latine scribendi tractat, verum etiam totam linguae Latinae instituendae regionem perlustrans solida docentibus subsidia praeberet. Librorum index, qui ad hanc materiam pertinent, est locupletissimus. Quid stilus intelligendus sit, in *Tanáregyesületi Közlöny* (LXIX. 8—9. 1926) definivi et exposui. *Iosephus Wagner dr.* huius ephemeredis moderator de lingua auxiliatrice et internationali deque contentionebus conatibusque de resuscitando linguae Latinae usu prudenter et iucunde disseruit acerrimum horum conatum propugnatorem se praestans, quibus et illi et multis aliis persuasissimum est fore, ut aliquando prospere successus obtingant. Disputationum agmen claudit *Melchior Kürti dr.*, qui in epilogi suo diligentiam auditorum et utilitatem preelectionum pulcherrimis verbis laudat.

*Car. Ács Bp.*

**Summarium praeconii Instituti Studiorum Romanorum intitulati «Per lo studio e l'uso del latino. Bollettino Internazionale.** Fasiculus I (Maius a. 1940) : 1. Lo studio e l'uso del latino nel mondo : a) A. Bacci : *Il latino lingua viva nella Chiesa Cattolica*. b) G. Valentini S. S. : *Albania latina*. c) N. W. De Witt : *Latin Studies in Canada*. d) F. H. Wolf : *Der gegenwärtige Stand der Lateinstudien in Deutschland* e) G. Pascu : *L'influence de la culture latine sur l'esprit des Romains* (pars II). f) Del Real : *El latin como elemento formativo de la conciencia nacional española*. g) S. A. Blomgren : *De hodierno linguae latinae in Suecia usu atque studio*. — 2. Pro latina lingua divulganda : a) N. Terzaghi : *De latine scribendi consuetudine latius divulganda*. — 3. Il latino nella scuola media : a) I. Cousin : *L'enseignement du latin dans les établissements secondaires de la France*. b) V. Misc : *Studium linguae latinae in Reali bus Gymnasiis Iugoslaviae*. — Risposte al questionario : a) Inghilterra : *Scottish Education Departement*. — 4. Initiative dell'Istituto : Il Bollettino Sistematico di Bibliografia Romana. — 5. Centro Internazionale d'Informazioni, Corrispondenze e Notiziario. (Summarium fasciculorum recentissimorum proxime edemus.)

## Caesar bracis<sup>1</sup> equestribus<sup>1</sup> indutus.

Narratio iocosa. Scripsit Andreas Kinizsi, Convertit Vincentius Gombár Bp.

Artis ratio<sup>2</sup> proficit. Quis vel centum annis ante fabulam, quae Hamlet inscribitur, histriones vestibus<sup>3</sup> caudatis<sup>3</sup> indutos acturos esse somniaret! Hamlet veste caudata, Ophelia veste<sup>4</sup> vespertina<sup>4</sup> eaque minus<sup>4</sup> sollemini,<sup>4</sup> umbra vero patris linteo<sup>5</sup> carbaseo<sup>5</sup> erat induta, quo magis forma eius larvalis<sup>6</sup> luce electricā illustrata emineret. Quo facto Shakespearius ne in sepulcro quidem, ut dicitur, quiescere potest, at quomodo id fieri vetet! Inde forte ad tantam adducta est audaciam officina<sup>7</sup> pelliculis<sup>7</sup> faciendis<sup>7</sup> in America Bowlyana, ut Iulium Caesarem loco<sup>8</sup> et in hominibus<sup>8</sup> recentissimis ita curaret<sup>9</sup> agendum,<sup>9</sup> acsi imperator ille praeclarissimus hisce viverer temporibus. Magnifice ac splendide fabulam editam esse negari non potest.

In Caesaris palatio omnibus<sup>10</sup> commoditatibus<sup>10</sup> instructo,<sup>10</sup> quod 12 conclavea vestibulumque habebat, inferioribus<sup>11</sup> qui<sup>11</sup> dicuntur<sup>11</sup> paginis<sup>11</sup> forte ludebant<sup>11</sup> triumviri, cum nuntius pulvere sparsus advenit anhelansque dixit: Heus!<sup>12</sup>

— Heus! — respondit Caesar ludere non desinens. — Quid novi? — Male se res habet, Iuli comes<sup>13</sup> illustrissime — ait nuntius paenula<sup>14</sup> gummea<sup>14</sup> amictus<sup>14</sup> — Aegyptii iterum offendunt<sup>15</sup> fines<sup>15</sup> nostros. Unus ex eorum aeroplanis bellicis angulum<sup>16</sup> imperii inter<sup>17</sup> meridiem<sup>17</sup> et ortum<sup>17</sup> solis<sup>17</sup> spectantem<sup>17</sup> transvolavit.

— Babae!<sup>18</sup> — exclamavit Caesar paginasque ira inflammatus ad mensam applausit. — Quod ferre non possum! Statim sirenē canere<sup>19</sup> iubete!<sup>19</sup> Edico, ut pars populi ad arma<sup>20</sup> convocetur.<sup>20</sup> Hostem aggrediemur. Non enim expectabimus, dum Societas<sup>21</sup> Nationum<sup>21</sup> hac de re aliquid decernat.

Biduo exercitus Romanus vehiculis<sup>22</sup> motoriis<sup>22</sup> est instructus.<sup>22</sup> Caesar vestitu summi<sup>23</sup> copiarum<sup>23</sup> rectoris<sup>23</sup> indutus lemniscisque<sup>24</sup> insignium<sup>24</sup> ornatus ipse exercitui praeerat. Veterani sclopetis<sup>25</sup> Manlicher veteribus, agmen autem medium tormentis<sup>26</sup> telebolis<sup>27</sup> curribus bellicis (= tank) catapultisque, e quibus pyroballi<sup>28</sup> mittuntur, instructum ad bellum profecti sunt. Legionarii etiam modernissimae personae<sup>29</sup> datae sunt con-

<sup>1</sup> bricsesz (Breeches) = Sporthose = culotte de sport  
<sup>2</sup> technica      <sup>3</sup> vulgo: Frack (habit noir)      <sup>4</sup> kisestélyi (ruha) = einfaches Abendgesellschaftskleid = simple robe de soirée      <sup>5</sup> perkálpedő = baumwollenes Bettuch = drap de coton      <sup>6</sup> kísérteties = gespensterhaft = spectral  
<sup>7</sup> filmgyár = Filmfabrik = fabrique de pellicules      <sup>8</sup> milieu  
<sup>9</sup> lejátszat = darstellen lassen = faire représenter      <sup>10</sup> össz-komfortos = mit Gesamtkomfort = de confort moderne      <sup>11</sup> alsózni = «Alsós» spielen = jouer à «l'alsós»  
<sup>12</sup> Hallo!      <sup>13</sup> Lord      <sup>14</sup> gumiköpenyes = in Gummirmantel = vêtu d'un manteau de caoutchouc      <sup>15</sup> határincident követ el = eine Grenzverletzung verüben = provoquer un incident de frontière      <sup>16</sup> csücske, szeglet = Zipfel, Winkel = coin      <sup>17</sup> délkeleti = südöstlich = de sud-est      <sup>18</sup> tyúhaj! = Potztausend = Sapristi!      <sup>19</sup> megfuvatni = blasen lassen = faire sonner      <sup>20</sup> mozgósítás = Mobilisierung = mobilisation  
<sup>21</sup> Népszövetség = Völkerbund = Société des nations      <sup>22</sup> gé-pesit = motorisieren = motoriser      <sup>23</sup> Generalis      <sup>24</sup> rend-jelszalag = Ordensband = rubans des décorations      <sup>25</sup> puska = Gewehr = fusil      <sup>26</sup> ágyú = Kanone = canon      <sup>27</sup> messze-hordó = weittragend = à longue portée      <sup>28</sup> bomba = Bombe = bombe      <sup>29</sup> gázlarc = Gasmaske = masque à gaz



tra<sup>29</sup> gas,<sup>29</sup> in peris<sup>30</sup> vero peditum cibos a corruptione conservatos (vulgo: konzervy), qui ad victimum suppeditant, supremas<sup>31</sup> ponit iussit armorum<sup>31</sup> praefectura<sup>31</sup> senatus. Brutus est exercitui navalii praefectus, Cassius vero pyrobolorum<sup>32</sup> missores<sup>32</sup> duxit. *Finis sequetur.*

<sup>29</sup> hátizsák = Rucksack = sac à dos    <sup>31</sup> főparancsnok-ság = Oberkommando = haut commandement    <sup>32</sup> bombavető = Bombenwerfer = avion de bombardement

## Nuntii recentissimi.

**Discipuli VII-ae Classis Scholarum Piarum Budapestinensium die 4-o mensis Maii optimo cum eventu ludum scenicum pro subsidio eorum, qui<sup>1</sup> detrimentum<sup>1</sup> ab<sup>1</sup> inundationibus<sup>1</sup> acceperunt,<sup>1</sup> ediderunt. Qua occasione comoedia *Andreae Dugonics*, notissimi quondam Patris Sch. P. «Tárházi»**



Actores comoediae «Tárházi».

intitulata, quae abhinc iam 150 annos haud data est, a discipulis *Andrea Fülei-Szántó* et *Ioanne Paul* doctoribus<sup>2</sup> scenicis<sup>2</sup> apparata est. In fabula<sup>3</sup> historia salutaris<sup>4</sup> ditissimi mercatoris Tárházi narratur, qui filium non habens, quamquam a permultis benevolentiam eius quaerentibus, ut ab eo adoptentur, ambitur, tamen 70-um diem suum natalem celebrans civi cuidam excellenti et benevolo omnes possessiones lēgit.<sup>5</sup> Spectatores<sup>6</sup> consentiebant actores iuvenes partes<sup>7</sup> laudabilissime didicisse necnon egisse eo magis, quod discipuli sine ulla reverendorum professorum adiutorio inceptus<sup>8</sup> laudandos expleverunt. Imago scenae<sup>9</sup> luce picta ante oculos lectorum ponitur.

Alex. Weber, disc. Sch. P. Bp.

<sup>1</sup> árvízkárosultak = die durch das Hochwasser Geschädigten = les inondés, les sinistrés    <sup>2</sup> rendező = Bühnenleiter = metteur en scène    <sup>3</sup> színdarab = Schauspiel = pièce (de théâtre)    <sup>4</sup> tanulságos = lehrreich = instructif    <sup>5</sup> örököl hagy = vermachen = léguer    <sup>6</sup> nézőközönség = Publikum = public    <sup>7</sup> szerep = Rolle = rôle    <sup>8</sup> kezdeményezés = Unternehmung = initiative    <sup>9</sup> színpad = Bühne = scène

**Nuntii bellici.** Rex Iugoslaviae in Palaestinam fugit et in claustro vivere dicitur. Quamquam novi fines Servianorum nondum certe definiti sunt,

tamen maximam partem Iugoslaviae inter Croatos, Italos, Germanos Hungarosque dividi creditur. Etiam Graecia Britannis ab «Axe» expulsis se Germaniae Italiaeque dedere coacta est. Rex Graeciae cum Anglis in Cretam insulam aufugit, quare Graeci regno sublato patriam suam abhinc rempublicam fore decreverunt. — Novissime civitas Irac arma contra Britannos invadentes cepit. Arabes ceterarum civitatum Asiae fratres suos adhortantur et multi voluntarii auxilium Iracinis ferunt.

**Commentarii de 25 annis Iuventutis** iam venduntur ab administratore nostro. Pretium huius libri in librariis 2 pengoe, apud administratorem Alex. Regényi 1,50 pengoe.

**Pro gratulationibus** undique missis moderator et administrator gratulantibus gratias agunt quam maximas. Pulcherrima gratulationum hic editur:

«Scarabantiae, die 10. Februarii a. 1941. Honoratissime Domine Moderator! Maximo mihi gaudio erat, quod mihi ipsi evenit sorte, ut in nomine amicarum mearum Tibi 25 annos Iuventutis celebranti gratularer. Ephemeridem «Iuventus» semper amore magno legebamus ac plus minusve successus operam aenigmatibus solvendis dando habebamus. Vivat, crescat, floreat multos per annos Iuventus grata! Gratias singulares agere debeo pro labore indefesso Tibi, Domine moderator, quo in nobis amorem linguae Latinae alere conaris. Magno cum gaudio etiam in posterum exspectabimus diem, quo Iuventus ad nos perveniat atque ut benedictionem Deus labori vestro futuro det, Domini Moderator Administratorque, rogantes salvare vos iubemus de patria bene sentientes Eva Anicsek cum alumnabus thygatrogymnasii Ursulani Scarabantini.»

**Societas Verbi Divini** invitat discipulos probos, bene discentes et sanos, qui missionarii Societatis V. D. fieri volunt, ut in domum missionis Ordinis Ginsiensem (Kőszeg) aut Budatétényiensem intraturi nomen dent. Assumuntur discipuli supradicti in omnes classes, qui autem testimonio maturitatis muniti sunt, statim in novitiatum Ordinis assumuntur. De assumptione intratueros copiosius certiores facit Praefectura Seminarii Americani Domus Missionis Ginsiensis.

**De Thygatrogymnasio Kaposváriensi.** Thygatrogymnasium Kaposváriense Foederativum<sup>1</sup> a. 1918. conditum est ab societate ad hanc ipsam rem congregata. Hodie quoque res gymnasii ab ea procurantur. A. 1918/19 scholae<sup>2</sup> in aedificio gymnasii realis, a. 1919—1925 plano<sup>3</sup> pede<sup>3</sup> aedificii iudicialis habitae sunt, sed tandem e summa a directore *Ludovico Biró* doctore collata atque servata a. 1925. aedificata est sedes gymnasii propria in fundo ab urbe Kaposvár donato. Ob id ipsum praefectus urbis *Georgius Kaposváry dr. praeses* societatis scholasticae creatus est. Regnum<sup>4</sup> quoque impensis<sup>5</sup> ergandis<sup>6</sup> accedit: 12 professorum sex ab illo admittuntur.

Discipulæ adhuc et in examinibus maturitatis et certaminibus publicis pulcherrimos successus fecerunt. Plurimum quidem in litteratura linguisque

<sup>1</sup> egyesületi = Vereins = entretenue par une association    <sup>2</sup> tanórák = Schulstunden = les classes    <sup>3</sup> földszintjén = im Erdgeschoß = au rez-de-chaussée    <sup>4</sup> állam = Staat = État    <sup>5</sup> költség = Kosten = frais, dépenses    <sup>6</sup> kiutal = verausgaben = payer

profecerunt,<sup>7</sup> quibus etiam lingua Latina adnumeranda est, cuius proverbia mentem et animum imprimis capiunt.<sup>8</sup> Libenter canunt discipulæ carmina quoque in Latinum conversa. Magnopere delectantur legentes iuventutem. Quamquam



Al. Kővári et lectrices nostræ Kaposvárienses.

paulum temporis ad id abent, professoribus ducibus<sup>9</sup> saepe legunt hanc ephemeridem dilectam, quae nuntios et communicationes ridiculas clare et amabiliter proferit.

Discipulæ Thygatrogymnasii Kaposváriensis amore maximo salutant nunc et moderatores iuventutem et annum huius ephemeridis vicesimum quintum, piissima vota<sup>10</sup> pro eorundem longo felicique processu nuncupantes.

Margaretha Sántha disc. Kaposvariensis.

<sup>7</sup> haladást tesz = Fortschritte machen = faire du progrès    <sup>8</sup> lebilincsel = fesseln = saisir    <sup>9</sup> vezetésével = unter der Leitung = guidés par les    <sup>10</sup> fogadalmat tesz = Gelübde tun = voeu

## In Gymnasio Cisterciensium Budapestinensi

de Sancto Emerico nuncupato opera artis<sup>1</sup> figurativa<sup>2</sup> tringata discipulorum praesertim ex classibus superioribus propalam collocata sunt. Opera exhibita demonstrant iuvenes problemata sua artificiosa libere, secundum studia sua artis delineandi<sup>3</sup> scholastica solvere conatos esse. Themata imaginum expositarum erant formæ et species humanae, pictura<sup>3</sup> humili<sup>3</sup> et topia,<sup>4</sup> — et quidem in representatione formalis et colorata, in motibus et in technica artificiosa libera et varia. Alii expositio nem expressivam extollunt et in compositionibus suis dynamicis lineas et colores et formas suis sensibus pares animorumque affectibus aptas inquisiverunt.

Discipuli maxime enitentes et opera praecipuae artis sunt: *Ladislaus Tóðor* (cl. VIII/a) praeter imaginem carbonem factam monumentalis exsecutio nis («Operarius quieti datus») etiam compositions pigmentis<sup>6</sup> oleatis<sup>6</sup> pictas<sup>6</sup> latissimas in conspectu posuit. *Georgius Rózsa* (cl. VIII/a) valide excellit picturis<sup>7</sup> aquariis<sup>7</sup> expressive et affectu dynamico compositis, artis puræ studiosis; picturae aquariae

humide factæ et simulacra *Georgii Wéhly* (cl. VII/a) praeter certam rerum cognitionem produnt etiam contentionem substantiae profundioris in pura arte. *Zoltanus Nuridsány* (cl. V/b) in suis compositionibus ad rhythmum contendit; in simulacris et statuis *Josephi Tóðor* (cl. V/a) praeter solutiones plasticas formales etiam expressio subtilis animi locum accipit. Multi etiam alii partes<sup>9</sup> agunt<sup>9</sup> operibus pluribus vel paucis, inter quos etiam quidam discipuli ex classibus inferioribus (*Béla Büky*, *Nicolaus Géczy* cl. II/b) inveniuntur cum picturis et operibus<sup>10</sup> caelatis.<sup>10</sup>

Discipuli eruditio nem artisticam magistro suo, *Ferdinando Nagy*, debent<sup>11</sup>. Expositio testatur iuventutem hodiernam quoque honeste et labore impigro propensissimamque voluntate egregiam operam dare culturae futurae Hungariae.

<sup>1</sup> képzőművészeti = bildende Kunst = beaux-arts

<sup>2</sup> rajz = Zeichnungskunst = dessin    <sup>3</sup> csendélet = Genremalerei = nature morte    <sup>4</sup> tájkép = Landschaftsmalerei = paysage    <sup>5</sup> hangulat = Stimmung = état d'âme    <sup>6</sup> olajfestmény = Ölgemälde = peinture à l'huile    <sup>7</sup> quae «aquarell» dicuntur    <sup>8</sup> tartalom = Inhalt = teneur    <sup>9</sup> szerepel = mitwirken = sont représentés par    <sup>10</sup> dombormű = Relief = relief    <sup>11</sup> köszönhetik = haben zu verdanken = doivent

## LECTORIBUS MINIMIS

### Jocosa.

*1. Mendicus*:<sup>1</sup> Domine, esto mihi auxilio! Valde esurio!<sup>2</sup> — *Dominus*: Cur non laboras? — *Mendicus*: Quia tunc eo magis esuriam!

*2. Paulus*: Domine iudex! Aliquis mihi magnam alapam<sup>3</sup> duxit.<sup>3</sup> — *Iudex*: Quis erat ille vir? — *P.*: Nescio, sed vestigia<sup>4</sup> digitorum<sup>4</sup> impressa<sup>4</sup> in vultu meo sunt!!

*3. Krausz* senex valde avarus vir est. Si apud arcam<sup>5</sup> magna turba stat, ille remanet ultimus, quo diutius pecuniam, quam solvere<sup>6</sup> debet, retinere possit.

*4. Georgius*, I. rex Britanniae Hannoveram proficiscens in itinere in caupona<sup>7</sup> parva constitit, ubi tria vel quattuor ova sibi ferri<sup>8</sup> iussit.<sup>8</sup> Ova allata sunt, et rex magnam summam pro iis solvere debuit. Tum rex mirans interrogavit: «Quid? ! Sunt ova rara hoc loco? !» «Her-



<sup>1</sup> koldus = Bettler = mendiant    <sup>2</sup> éhezem = hunger = avoir faim

<sup>3</sup> nyakon vág = Ohrfeige

geben = donner une gifle<sup>4</sup>    <sup>4</sup> ujjlenyomat = Fingerabdruck = empreinte digitale<sup>5</sup>    <sup>5</sup> pénztár = Kasse = caisse    <sup>6</sup> be fizetni = einzahlen = payer    <sup>7</sup> kocsma = Gasthaus = restaurant    <sup>8</sup> rendelt = bestellte = fit venir

Thygatrogymnasium Kaposváriense:

cule non ! — respondit dominus cauponae, — sed reges certe rari sunt ! »

*Gertrudis Diósszilagyi disc. abit. Makonensis.*

1. Professor meteorologiae, cum in tenebris in lacunam<sup>9</sup> incidisset : Accuratissime,<sup>10</sup> ut praedixi — exclamat — sub vesperam nova refrigeratio<sup>11</sup> venit.

2. Miles quidam Germanus agit<sup>12</sup> cum muliere quadam Francogallica de gallina<sup>13</sup> assanda : «Mulier, quaedam gallina assanda !» — Mulier autem non intellegit militem. Tunc miles monstrans gallinam in area : «Gallina assanda» iterat.<sup>14</sup> — «Ah, dixit mulier, nunc intellego.» — Et non multo post apportat gallinam aetate<sup>15</sup> proiectam.<sup>15</sup> Sed miles pullum<sup>16</sup> gallinaceum<sup>16</sup> desiderans exclamavit : «Non madame ! Mademoiselle !»

*Paulus Balogh disc. gymna. Acad. Bp.*

1. Magister : «Quis mensis 28 dies habet ?» — Discipulus : «Omnis duodecim !»

2. Puer gulosus<sup>17</sup> in culina circumspectans : «Dic mihi, — ait — Maria, cui facis hanc scribili tam<sup>18</sup> ingentem ?» — Coqua.<sup>19</sup> «Tu accipies in convivio diei natalis.» — Puer statim se corrigit : «Tam parvam ?»

*Ladislaus Almássy disc. Klauzálii Szegedinensis.*

1. Pensum. Discipuli primae classis pensum Hungaricum scribunt. Titulus est : Quomodo visitaverim patrum.<sup>20</sup> Quidam puerulus scribit : Nuper<sup>21</sup> post meridiem apud patrum eram, sed ille non domi fuit.

2. Modus cogitandi parvi Iosephi. Josephus parvus spectat matrem flores irrigantem.<sup>22</sup> «Mater — dicit parvulus — iam scio cur crescent plantae.» — Cur? — interrogat mater. — Ideo, ut, lutum<sup>23</sup> effugiant.

3. Filia ingeniosa. Mater : Nota tibi, filia mea : quod hodie facere potes, ne differas<sup>25</sup> in crastinum diem ! — Filia : Ergo velis mihi dare placentam<sup>26</sup> mellitam<sup>26</sup> quam in armario posuisti. Volo eam manducare,<sup>27</sup> ne in crastinum diem differatur.

4. Edison. A. : Audistine Edison mortuum esse? B. Quis fuit ille? — A. : Nescis? Ille qui lucem electricam invenit. — B. : Et nunc rursus oleo illuminabimus?

*B. e comitibus Széchenyi disc. Piani (Pécs).*

<sup>9</sup> víztócsa = Wassertümpel = flaque d'eau <sup>10</sup> pontosan úgy = genau so = exactement <sup>11</sup> lehűlés = Abkühlung = refroidissement <sup>12</sup> alkuszik = handeln um = marchander <sup>13</sup> sütni való csirke = Brathuhn = poulet rôti <sup>14</sup> ismétel = wiederholen = répéter <sup>15</sup> öreg = alt = vieux <sup>16</sup> fiatal csirke = junges Huhn = poulet jeune <sup>17</sup> tortkos = naschhaft = gourmand <sup>18</sup> torta = Torte = tarte <sup>19</sup> szakácsné = Köchin = cuisinière <sup>20</sup> nagybácsi = Oheim = oncle <sup>21</sup> a minap = unlängst = naugère <sup>22</sup> megöntöz = spritzen = arroser <sup>23</sup> sár = Kot = boue <sup>24</sup> leleményes = erfiederisch = ingénieur <sup>25</sup> elhalaszt = aufschieben = différer <sup>26</sup> mézeskalács = Honigkuchen = pain d'épices <sup>27</sup> edere

## Rosa.

Quantum es odorosus, sed pungens et etiam pulcher, flos rosae; color tuus est flamma cordis, pura et pulchra, uti amor! O quantum es imperatrix pulchra florum et amorum, tu es stemma<sup>1</sup> patriae natalis, tu es dulcedo animae meae! Habes spei viriditatem pulchram; es emblema<sup>2</sup> quoque constantiae. Alba est pax per tot annos, inter

labores ac molestias. Rubra est imago amoris tui, quem foveo in corde meo; tu es emblema<sup>2</sup> Italiae; terrae carminum, et etiam artium. Pugnare pro te, Italia, volo, quia te amo; per tuum amorem!

*Guilelmus Volonterio disc. Lucanensis.*

<sup>1</sup> címer = Wappen = armoiries, les armes <sup>2</sup> symbolum, signum

Machina<sup>1</sup> discipuli.<sup>1</sup> «Me nescis luce<sup>2</sup> pingere», dixit mihi unus ex professoribus meis, cum monstravi ei picturas luce pictas, quae omnes meos professores, quin<sup>3</sup> etiam severum directorem immortalitati tradiderunt.

— Sed habeo picturam Te repraesentantem . . .

— Monstra!

— Sed tu in pictura secundas<sup>4</sup> partes<sup>4</sup> agis.<sup>4</sup>

— Quomodo?

— Ne putas Te exceptionem esse, coactus sum hanc picturam tibi tradere: ecce, haec est. Nonne duae imagines sunt luce pictae in eadem charta ?!

— Ita . . . sed ego non sum aspectabilis . . . praeterea da mihi hanc picturam, quam ego tibi reddam anno scholari exeunte,<sup>5</sup> ne fortasse tibi calamitas hanc ob rem fiat! Praeterea nequicquam<sup>6</sup> laboras, me non potes luce pingere!

Ego nihil respondi, sed proximo die decem picturas eum repraesentantes inter scholas<sup>7</sup> pinxi. Hoc non erat facile, nam conclave<sup>8</sup> obscurum fuit et sic picturae diu luci exponentiae fuerunt. Picturas perfectas in involucro<sup>9</sup> posui, cuius inscriptio erat : «Domino Professori, qui luce pingi non potest.» Hoc involucrum in capsula<sup>10</sup> reposui, quae similis erat camerae photographicae. Die proximo tempore institutionis professor praedictus aspexit hanc capsam et me ab se superatum esse putans clamavit : «Da mihi illam cameram !»

— «Io<sup>11</sup> haec est mirabilis caps—a—dixi—picturae perfectae sunt.» Et tradidi ei involucrum, in quo scripta erant verba supra dicta et intra involucrum signum victoriae meae: 10 imagines luce pictae «dominum magistrum, qui luce pingi non potest», repraesentantes!

*Lad. Javorik disc. Keszthelyensis.*

<sup>1</sup> diáksiny = Študentenstreich = farce d'étudiant <sup>2</sup> lefényképez = photographieren = photographier <sup>3</sup> sót = sogar = même <sup>4</sup> mellékszeret játsszik = eine Nebenrolle spielen = jouer un rôle secondaire <sup>5</sup> végén = am Ende = à la fin <sup>6</sup> hiába = vergebens = en vain <sup>7</sup> tanítás = Unterricht = classes <sup>8</sup> terem = Saal = salle <sup>9</sup> boríték = Briefumschlag = enveloppe <sup>10</sup> doboz = Schachtel = boîte <sup>11</sup> tyuhaj ! = Juchhe ! = ollé !

## AENIGMATA

### Solutiones aenigmatum numeri VII.

1. Magister. — 2. Pone, olor, nova, erat. — 3. R, er, ter, ater, pater (seu : mater). — 4. Rienzi, Lohengrin, Siegfried; Aida, Otello; Norma; Carmen; Orfeo; Don Juan. — 5. Ioannes Kisparti. — 6. Tu regere imperio populos, Romane, memento — hae tibi erunt artes — pacisque imponere morem, parcere subiectis et debellare superbos. (Verg. Aen. VI. 851—853.) — 7. Ad libram: 1. Pons. 2. Ara. 3. Cano. 4. Raro. 5. Pes. 6. Stella. 7. Os. 8. Is. 9. PR. 10. Oxus. Ad perpendicularum: 1. Pars. 2. Orator. 3. Nares. 4. PAPA. 5. Rosas. 6. Lux. 7. Is. — 8. Caesaries. — 9. Lopus, lupis, lapis, laris, Paris, puris, auris, agris, agnis, agnus. — 10. Nosce. Ubi. Male. Agendo. Puras. Otia. Mors. Principibus. Inter. Labor. Ira. Ut. Suum:




## Embaterium regionis meridianae Hungariae.

Carmen scripsit et ad modos aptavit *Hermannus Hadfy*. Convertit *Verona Szlávák* disc. Angelani Bp.



1. Quas mi - li - tes trans - i - e - runt, Vi - ás flo - res or - na - ve - runt; Fi - ne  
2. E - lu - cet no - va Au - ro - ra, Fit ma - ior pa - tri - a no - stra; Pulch - ra



1. san - cto red - di - to iam Tan - gi - mus nunc ter - ram pris - cam, Flagramus gau di - o.  
2. re - gi - o red - di - ta A De - o re - dit nunc i - ta, Qui nos de - fen - de - rat.



Pittacia recentiora Hungarica artibus figurativis et rei aeronauticae dedicata.

Numa Pompilius. — 11. Urania, sibilus, mordet, lutra :  
Nil mortalibus ardui est.

**Aenigmata numeri VII. (Mart.) reete dissolverunt :**  
V. Árvay, M. Bartha, E. Böhm, P. Cholnoky, H. Eckhardt, L. Faust, I. Fáy, Cl. Göbbler, V. Hoffmann, **Natia Horváth**, S. Kálmán, G. Kerényi, E. Kis, H. Korompay, M. Kossaczky, E. Madocsay, G. Margittay, I. Németh, M. Pieke, S. Pollacsek, I. Pukánszky, I. Ruitz, A. Turner, I. Vaszkó, S. Holbay, E. Soltész, R. Spatz, M. Székely, A. Szibéth, S. Vadászy (*Szilágianum*), **Eva Stohl**, C. Bauer, E. Bányai, M. Blandl, M. Dischka, A. Salamon, M. Szalay, E. Szél, H. Trombitás, B. Varga, S. Mihályi, A. Takáts, H. Vogt (*Angelanum*), fratres Székely, E. Scheily (*gymn. Archiep.*), A. Engel (*Baár—Madasianum*), S. Grosz, **Zoltanus Fallenbüchl** (*Scholae Piae*), C. Wohl, R. Weisz, **Editha Klein**, M. Tóth (*Veresianum*), I. Mosonyi (*Giselanum*), E. Gárdosi, M. Roger, G. Schwarcz, L. Arany, G. Bien, G. Blum, R. Deutsch, S. Farkasházi, L. Ferenczy, P. Forgács, G. Grécs, G. Kiss, S. Lukács, **Julius Pap**, A. Páris, S. Puchmann, T. Soltész, T. Stiller, E. Weisz, I. Zákovszky, S. Leidenfrost, C. Somfai (*Bolygayanum*), G. Wollitzer (*Berzsenyianum*), **Franciseus Vörös** (*Keményanum*), P. Konrád (*gymn. IPEA*), fratres Noé (*Vörösmartyanum*), H. Alemann, C. Barthonek, M. Csát-

ray, E. Biella, Th. Bihary, M. Böröndy, M. Csapody, V. Czappán, A. Denk, S. Inotay, E. Jobs, E. Karlovits, E. Kmety, A. Kovács, C. Lehel, X. Csávossy, G. Gönye, V. Mészáros, **Eva Ottlik**, M. Grabits, V. Rajka, N. Zavilla, F. Tarnóy, S. Tóváry, I. Véber, E. Vojnich, S. Zábory, H. Engel, A. Eckert (*Sophianum*), B. Springer (*Zrinyianum*), **Zoltanus Biró** (*gymn. Helv. conf.*), M. Légrády (*Ladislainum*), V. Várady (*Margaretheum*), F. Bánát (*Stephaneum*), **Ervinus Schwarzenberg** (*gymn. Evang. conf.*) *Budapestinenses*. **Nicolaus Kollányi** (*Kaposváriensis*). E. Kovács *Keszthelyensis*. I. Szendrei, T. Námer, **Tiburtius Cseh**, E. Szentesi, I. Mészáros *Makonenses*. S. Ember, H. Faragó, B. Légrády, sorores Merényi, G. Sikolya, E. Tóth, I. Kner, G. Adamkovics, G. Besse, **Irene Rákóczy** *Mezőturienses*. F. Kreiner *Magna-Canissanus*. G. Klinger, **Ludovicus Lukács**, I. Smolczer, Au. Tóth, V. Flekács *Nyergesújfaluvi*. L. Balogh, Th. Bálint, A. Berecz, E. Boross, Z. Gaál, I. Gerebenics, A. Görgő, L. Harsányi, Z. Horváth, L. Kertész, L. Nemesvölgyi, I. Polgár, O. Póczik, **Paulus Szabó** (*Maurinum*) *Papani*. I. Varga (*Pianum*) *Quinqueecclesiensis*. **Margaretha Bella** (*Angelanum*) *Scarabantina*. M. Molnár, **Elisabetha Tóth** *Szolnokienses*. **Maria Kónya** (*Schola Commercialis*) *Sabáriensis*. Crassae litterae indicant lectores, quibus praemium sorte obvenit.

1. *Ad saltum equulei.*

Pro	est	bi	te	A	ne	
	Sys	lum	ad	si		quo
	fi	ver	ma	um:	cha	ri
					ri	um
			os.		ne	

*Emericus Scheily disc. gymn. Archiep. Bp.*2. *Quadratum magicum.*

1.	2.	3.	4.

A A C I Urbs aeterna.

I L M M Aliquando.

M M O O Fulgeo, pulso.

O O R R Filius Veneris est.

*Nicolaus Merckling disc. Lucanensis.*3. *Pyramis duplex.*

- |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|
| 5 | 4 | 3 | 2 | 1 |
| 4 | 3 | 2 | 1 |   |
| 3 | 2 | 1 |   |   |
| 2 | 1 |   |   |   |
| 1 |   |   |   |   |
| 2 | 1 |   |   |   |
| 3 | 2 | 1 |   |   |
| 4 | 3 | 2 | 1 |   |
| 5 | 4 | 3 | 2 | 1 |
- Pronomen demonstrativum.  
Tu nutris.  
Causa judicialis.  
Pronomen determinativum.  
Consonans.  
Pecunia antiqua Romana.  
Contrarium feminae.  
Tu diligis.  
Rumores, opiniones (acc.).

*Fridericus Kreiner disc. Magna-Canissanus Sch. P.*4. *Aenigma sincerum.*

Hominibus loquacibus molestum sum. Qui me nominat  
rumpit me.

*Darius Bertoni disc. Lucanensis.*5. *Rebus.*

## OLUS A

*Ladislaus Harsányi disc. Maurini (Pápa).*6. *Rebus.*

L
A
P
I
D
E
A

L A P I D E A

Summus mons.

*Ioannes Schultheisz disc. Szekszárdiensis.*7. *Ex syllabis.*

A, an, bel, bi, bo, ca, co, cor, di, do, do, e, go, go,  
iun, lo, lo, nas, no, o, red, ro, ro, tol, tor, u.

Si ex his syllabis verba recte componeris, primae litterae inscriptionem librorum Titi Livii dabunt.

*Rosa Deutsch disc. Ráskaiani Bp.*8. *Ex sententias.*

Expletis his sententiis litterae initiales sententiam saepe memoratam dant.

- |           |                           |
|-----------|---------------------------|
| ● . . . . | suprema lex esto !        |
| ● . . . . | humanum est.              |
| ● . . . . | longae sunt manus.        |
| ● . . . . | et oleum perdere.         |
| ● . . . . | taceat in ecclesia.       |
| ● . . . . | lupo commisisti.          |
| ● . . . . | silent inter arma.        |
| ● . . . . | ratio regum.              |
| ● . . . . | acceptus in patria sua.   |
| ● . . . . | fugit, venit mors.        |
| ● . . . . | nil, nisi bene.           |
| ● . . . . | minimum eligendum.        |
| ● . . . . | dant vitia.               |
| ● . . . . | queque homines moriuntur. |
| ● . . . . | Athenas portare.          |
| ● . . . . | memorem esse oportet.     |
| ● . . . . | non mordent.              |
| ● . . . . | futurum incertum.         |
| ● . . . . | adhibere in meridie.      |
| ● . . . . | aliud plectrum.           |
| ● . . . . | ex musca facere.          |

*Ludovicus Hárssing disc. Kisújszállásiens.*

*Nota.* Lectoribus minimus : 1—4, mediis et maioribus 5—8. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communis involucro epistulae ad moderatorem J. Wagner (Budapest., XI. Lágymányosi-utca 20) mittant.

**Terminus solutionum : Calendae Septembres.**  
**Terminus solutionum mensis Apr. : Cal. Iuniae.**



**Corrigenda numeri VIII.** (Apr.) : pag. 69 : pro : «1949/1941» lege : 1940/1941. — pag. 74 : pro «Domine» lege : Domina. — pag. 77 : pro «contra aquam (adverso flumine)» lege : sursum.

Index manuscriptorum ante Nonas Maias acceptorum : I. Aenigmatum singula H. Lengyel, G. Gonda, I. Szendrei et Z. Biró, quattuor R. Deutsch (secundum imperfектum est) et Em. Scheily (Tacitus non poëta fuit), Z. Gaál 10, Fr. Kreiner 14 miserunt. II. Iocosa scriperunt : E. Gyopáros, M. Schmidt, I. Velle, L. Thomay, I. Tóth, I. Szendrei (duo debilia sunt), A. Szalontay (tertium ab alio scriptum nuper prodiit). III. Alia opuscula compo- suerunt : M. Bella (Colloquium perlongum est), H. Rácz (Breviora scribenda sunt. De Paulo Teleki iam satis diximus. Scribe de Tartaris, qui 700 annis ante in Hungariam irruperunt), V. Gombár (Macte virtute esto ! Talia lectores amant.), S. Stephenson (Gratias ago pro biographia haud quotidiana), J. Kiss, I. Tóth, A. Weber, A. Kovári, M. Sántha, V. Szlávák (Sic itur ad astra), Sub rosa (Scena in ludo nihil habet iucundi aut novi), discipuli Emericani, E. Zajta, I. Kornis, I. Kováts, P. Scholten. — Discipuli monentur, ne de rebus taedii plenis scribant, sed opuscula iucunda et breviora mittant. Habeo enim in mensa scriptoria 400 aenigmata et 2 chilogrammata aliorum manu- scriptorum. Optima igitur pulcherrimaque edenda semper eligo. — Libri, quos Th. Erdős, P. Rónai, uxor Nicolai Daán miserunt, recensemebuntur. — Victores certaminis corri- gendi mense Iunio praemium accipient.